Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift

camino ignis ardentis colligati. Grande
miraculum. Ligati mittunt in fornace.
et cadunt in medio ignis preceptes. Ardent
uincula quibus ligati sunt. et uinctorum
corpora timens flamma non tangit. ✠.
Huc usq; legunt hebrei. Media q; sequuntur
usq; ad finem cantici trium puerorum in hebra
ico non habentur. de quibus ne omnino periisse
uideamur: pauca dicenda sunt. Bene
dictus es dne ds patrum nrorum et laudabilis
et gloriosum nomen tuum in sela. qa iustus
es in omnibus que fecisti nobis. et uniuersa
opera tua uera et uie tue recte. et omnia
iudicia tua uera. Iudicia enim uera fe
cisti iuxta omnia que induxisti sup nos.
Quando diuersis premimur angustiis.
ex toto corde hoc loquamur et affectu. et
quicquid nobis acciderit iuste nos susti
nere fateamur. ut impleatur in nobis
illud qd scriptum est. Exultauerunt et leta
te sunt filie iude in omnibus iudiciis tuis
dne. Peccauimus enim et iniique egimus